



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 43. Quas pœnas incurrat legentes aut retinentes libros hæreticos vel  
alios prohibitos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

andi sunt rudibus illi controversistæ, qui subtilia argumenta hæretorum nervosè & ad plausum proponunt, solutionem autem breviter & frigidè: imò rectè notat Verj. a. 11. tales libros meritò non esse permittendos imprimi, præser-  
tum in lingua vulgari.

Q. 43. Quas poenas incurant legentes aut retinen- 388:

tu libros hæreticos vel alios prohibitos. R. Satis colli-  
giatur ex dictis & ex hac Regula 10. Indicis in  
fine. Si quis libros hæretorum vel cuiusvis Auctoris  
cripta ob hæresin vel ob falsi dogmatis suspicione-  
mamata atque prohibita legerit, sive habuerit, statim in  
excommunicationis sententiam incurrat; qui vero libros  
alio nomine interdictos legerit aut habuerit, præter pec-  
catum mortalis reatum, quo afficitur, judicio Episcoporum  
sicerè puniatur. Denique notandum est cum Schia-  
u. l. 4. diff. 21. laicis ( quales non sunt primam  
tonsuram habentes ) prohiberi Cap. *Quicunque,*  
De heret. in 6. sub poena excommunicationis  
ferendæ sententiæ, ne disputent de fide publicè  
vel privatim cum hæreticis. Idipsum etiam pro-  
hibetur Clericis indoctis, L. *Clericus*, Cod. De  
summa Trin. & fide cath.

Q. 44. Quis possit dare facultatem legendi vel cor- 389:

rigendi libros hæreticos & prohibitos. R. §. 1. Supe-  
riores regulares posse suis dare facultatem le-  
gendi & retinendi libros hæreticos putarunt  
multi viri docti à me interrogati, ducebantur  
his rationibus: 1. Quia Patres Provinciales vi-  
ripi & docti quorundam Ordinum eam facul-  
tatem haec tenus semper dare consueverunt, qui  
communis mos videtur esse sat solidum funda-  
mentum. 2. Quia est justa & rationabilis præ-  
sumptio pro sapientibus viris illis, non ignari  
orum, quæ obmoventur, nec tamē difficulti-

LII 2

buc.